

zwischen dem Kirchlein und dem Schwesternhause auf einem freistehenden hölzernen Gerüste befindet und womit nun täglich dreimal »Ave Maria« geläutet wird.

PS. Zur gewiss grossen Freude vieler Leser der „Studien“ und zahlreicher Verehrer des altherwürdigen Nestors der amerikanischen Benedictiner, des p. t. hochw. H. Erzabtes Wimmer von St. Vincent, sind wir in der angenehmen Lage denselben anzeigen zu können, dass derselbe von seiner schweren, lebensgefährlichen Krankheit bereits genesen ist und uns gerade vor Schluss der Drucklegung dieser Berichte mit einem eigenhändigen ausführlichen Schreiben überrascht hat, das wir im folgenden Hefte seinem Inhalte nach wiedergeben wollen.

Die Redaction.

IV. Epitaphium auf Mabillon.

(Mitgetheilt von P. B. Sch. in Sch.)

Die von Henri Jadart herausgegebene Biographie¹⁾ des am 27. December 1707 in Paris im Kloster Saint-Germain-des-Prés verstorbenen Mauriner-Benedictiners, Dom Jean Mabillon, enthält in einem Anhang ausser mehreren andern grösstentheils ungedruckten Documenten ein von Dom Roussel O. S. B. verfasstes Epitaphium auf den ebenso frommen, als gelehrten Ordensmann, welches sowohl wegen seines reichen, panegyrischen Inhalts als auch wegen seiner kunstsönen Form in weitesten Kreisen verbreitet zu werden verdient und insbesondere keinem Benedictiner unbekannt bleiben soll. Da diese Biographie als Auszug aus dem 64. Bande der Travaux de l'Académie de Reims (année 1877—1878) nur in 300 Exemplaren abgezogen wurde und ausserhalb Frankreich weniger bekannt sein mag, so dürfte die weitere Publication des in denselben enthaltenen Epitaphiums durch die »Studien der Benedictiner« sich von selbst rechtfertigen.

Immortali Memoriae
Clarissimi ac religiosissimi viri
Joannis Mabillonii
Epitaphium.

Sub hoc lapide jacet,
Cujus memoria in oblivione nunquam jacebit
JOANNES MABILLONIUS.
Suos natales Campaniae debet,
Ejus natalibus Campaniam suum decus.
Sortitus est animam bonam,
Et cum aetate adolevit praeclara ingenii virtutisque indoles,
Vix ephebus aris initiatur, adultus solitudini;
Jam tum latebras quaeritans, qui nunquam potuit latere:
Domino militaturus
In Benedictinorum Congregatione Sancti Mauri nomen dedit
Tanto nomine nobilitanda.

¹⁾ Das mit dem Bildnisse Mabillon's gezierte Buch führt den Titel: „Dom Jean Mabillon, étude suivie de documents inédits sur sa vie, ses oeuvres, sa mémoire.“ Par Henri Jadart. Reims 1879.

Ibi sub modio jam tum ardere coepit,
Qui quondam supra Candelabrum positus
Futurus erat in domo Domini
Lucerna ardens et lucens,
Precibus doctisque operibus diurnas nocturnasque horas dividens
Asceta literatus
Totum se virtuti dedit,
Totum se literis addidit,
Ratus licere et Ascetis esse literatis.
Virtutes omnes diligentissime coluit,
Et in singulis eminere visus est,
Principem tamen locum obtinere
Paupertatis amor
Lenitas morum,
Religiosa humilitas —
Virtutes,
Quas non infecit, quae inflat, scientia,
Quas perfecit, quae aedificat, charitas:
Christi paupertate affatim locuples,
Victum ac vestitum divitias Christianorum existimavit,
Docilis pauperiem pati.
Ut annum e regio Aerario beneficium acciperet,
A supremo Aerarii praefecto nunquam potuit adduci,
Quaestu illiberali liberarum artium dignitatem laedere noluit
Literarum cultor,
Sub Christo paupere divitias erubuit
Religionis amator,
Parvo dives, et parvi ducens perituras opes
Carnis venales, dum paupertatis emuntur dispendio.
Omnium hominum sibi conciliavit animos
Hominum mitissimus.
In ipsis etiam literariis disceptationibus
Quas plurimas cum viris clarissimis habuit,
Nemini asper.
Neminem laesit, etiam laesus;
In hujuscemodi concertationibus
Scribentem incitabat veritas,
Certantem moderabatur lenitas,
Vincentem coronabat caritas,
Coronatum ornabat humilitas.
Hac singulari morum suavitate
Devinciebat animos, leniebat invidos.
Ut debitae tantis virtutibus Gloriam se subduceret,
Eas humilitati tegendas commisit simul atque servandas.
Ceteris testibus nemo major,
Seipso iudice nemo minor,
Eo clarior quo sibi vilior:
Coelestis gloriae cupidus mundanam sprevit
Meliore ambitu,
Et ut Deum solum mereretur habere mercedem
Magnam nimis,
Respuit hominum plausus, mercedem quam dare solent homines
Vani vanam.
Nullum in Claustro tenuit dignitatis gradum, omnes meruit,
Mereri pulchrius putavit quam adipisci,
Et subesse, quam praeesse tutius.
Alienis non indigebat ornamentis

Vir propria virtute, omniumque hominum existimatione
Ornatissimus.

Cum virtutum studiis studia literarum conjunxit,
Ut alterno foedere mutuisque officiis
Scientia pietatem, pietas scientiam adjuvaret.
Quae prima illi fuere studiorum elementa,
Prima itidem habuit pietatis alimenta
Opera Doctoris melliflui.

His emendandis dum iterato labore incumbit,
Cordis cellulis melleum infundit opus;
Unde similes Bernardo trahit mores
Mellifluos.

Ipo restauratore Sanctorum Acta reviviscunt,
Quorum dum facta scribit, sequitur et exempla,
Illorum fastis olim adscribendus.

Operibus opera succedunt, et alii ex aliis nectuntur labores;
Sepultam scribendi artem suscitatur

Obliteratas restituit literas,
Antiquatos renovat apices,
Abrogatas recedit scripturarum formulas,
Et ingens illud condit Diplomaticum opus,
Rei literariae miraculum,
Quod docti stupent et indocti,
Monumentum aere perennius.

In reconditore literatura versatissimus
Vetustis dat novitatem,
Novis auctoritatem,
Obsoletis nitorem,
Neglectis pretium,
Obscuris lucem,
Fastidiis gratiam,
Dubii fidem.

Saeculo doctissimorum virorum feraci
Praecellenti inter eruditos eruditione conspicuus
Iussu Ludovici Magni, regis sumptibus
Auctore clarissimo Colberto generali Aerarii Moderatore
Germaniam peragrat,

Auspice illustrissimo C. M. Tellerio Remorum Archiepiscopo
Italiam subinde perlustrat,

Publicas ac privatas scrutatur Bibliothecas,
Musaeorum rimatur angulos
Latentes effodit opes,

Veterum thesauros transmittit posteris;

Et ad totius Reipublicae literariae commodum
Comparatis ad tria fere millia manuscriptis codicibus,

Regiam bibliothecam auget et ditat,
Ex obsitis situ et pulvere membranis,
Ex corrosis marmorum inscriptionibus,

Ex incisis in aere, sed tempore exesis monumentis,
Multiplex exoritur literarum seges;

Varia promitur librorum supellex,

Mira exurgit Actorum, Annalium, Analectorum moles.

Tam solerti obstetricante manu
Praeterita retro saecula renascuntur,
Et positis rugis

Tota nobis juvenescit antiquitas.

Hinc quanta apud omnes viri existimatio?

Quantum nominis pondus?
Quanta eruditionis auctoritas?

A summis Pontificibus

Innocentio XI, Innocentio XII et Clemente XI

Aureis numismatis honoratur vir eruditissimus,

Aureis scriptis de Ecclesia optime meritus.

A Ludovico Magno

Regiae Inscriptionum Academiae adscriptus

Reconditam numismatum scientiam ornat et promovet

Antiquiorum sagacissimus.

Parisiis

In suprema Galliarum Curia,

Lites quae totae pendeabant ex semesis chartarum apicibus,

Suo testimonio et auctoritatis pondere dirimit

Sequester pacis.

Romae

In sacra Indicis Congregatione

Invitante Eminentissimo S. R. E. Cardinale Casanata

De quibusdam Isaaci Vossii operibus ad purpuratos patres

Sententiam refert

Censor orthodoxus.

Quam ubique fugit, sic eum ubique sequitur gloria.

Interim oneris quam honoris patientior,

Literariis totum se impendit laboribus,

Et de thesauro nova profert et vetera

Scriba doctus.

Verum heu!

Dum scribendis Benedictinis Annalibus, improbo labore incumbit,

Illis necdum perfectis intempestiva morte occumbit

VI. Cal. Jan. ann. M.DCC.VIII. aetat. LXXVI.

Venerandae memoriae Sodali

Moerens posuit

F. Guillelmus Roussel

ejusdem Congregationis M. B.

VI. Non. Febr. ann. M.DCC.VIII.

N e k r o l o g.

† P. Bonifaz Graf,

Professor der Philosophie am Lyceum in Einsiedeln.

Am Allerseeelentage vormittags 11 Uhr verschied im Kloster Einsiedeln der Priesterjubilare und Senior des Stiftes, P. Bonifaz Graf. Der Verewigte war geboren zu Schötz im Kanton Luzern den 11. Januar 1803 und führte den Taufnamen Anton. Vermuthlich durch Privatstudien vorgebildet kam er 1819 in die Klosterschule in Einsiedeln und erhielt schon zwei Jahre darauf das Ordenskleid des hl. Benedictus. Nach zurückgelegtem Probejahr legte er am 27. October 1822 die feierlichen Ordensgelübde ab. Sofort begann er durch philosophische und theologische Studien sich auf den künftigen Beruf vorzubereiten. Damals herrschte im Einsiedler »Fraterstock« ein reges wissenschaftliches Streben. Unter den jungen Clerikern war schon damals ausgezeichnet der nachmalige Abt Heinrich Schmid, neben ihm P. Athanasius Tschopp, der berühmte Physiker; der tüchtigste aber war Frater Gallus Morel, damals ein eifriger Käfersammler. Frater Bonifaz erwarb sich eine tüchtige Bildung in den alten Sprachen und den Naturwissenschaften. In Begleitung des Zürcher Botanikers Hegetschweiler wurde das ganze Gebiet